

- matrimonii, sed pro qualibet promissa re datur, ut com-
 30 pleatur. Apud Jurisconsultos arrha, & arrhabo proprie
 illud est, quod pro emptio confirmandis datur.
- 31 Arrha in contractu emptiois & venditionis, vel in pec-
 32 cunia numerata, vel in aliis rebus consistere potest. Si
 in pecunia numerata, nihil vetat quominus ab emptore
 venditori data penes accipientem tamen pretio impu-
 33 tanda. Sin aliis in rebus, post impletum contractum id
 quod arrha nomine datum fuerat, actione ex empto, vel
 34 conditione sine causa à dante repeti potest, l. 11. §. 6.
 ff. de Act. empt.
- 34 Arrha sæpe datur in signum emptiois contractæ &
 perfectæ, & ulterius utroque ex latere implendæ, ut ita
 evidentiùs probari possit de pretio convenisse, l. 35. in
 35 princ. ff. de contr. empt. Quandoque tamen in iudicium
 emptiois inchoatæ, ac ulterius in scriptis aut aliter se-
 cundum partium voluntatem perficiendæ, l. 17. in fin. C.
 36 de fid. Instrum. Posteriori hoc casu recedi ab emptioe
 inchoata posse sub dispendio arrhae quam quis dedit, vel
 restitutione duplicatæ, si acceperit, liquet ex d. l. 17. in
 37 fin. C. de fid. Instrum. Num autem idem obtinere debeat
 in priori casu, non conveniunt inter se DD. Affirmant
 Odoford. Salicet. & Sichel. in d. l. 17. §. l. iud. C. de
 38 fid. Instrum. Zoestius lib. 2. singul. Respons. cap. 24. per
 Fachin. controver. jur. lib. 1. cap. 26. per sol.
 39 Treutler. select. disp. vol. 1. disp. 8. th. 8. l. B. Gomez.
 var. resolut. tom. 2. cap. 2. num. 18. Et hanc affirmati-
 vam opinionem communem dicit Emmanuel Suarez in
 thesaur. recepti. sentent. verb. Arrhas num. 274. Negant
 vero Voet. in comment. ad Pandect. lib. 18. tit. 1. num.
 25. Harprecht. in comment. ad Insti. lib. 3. tit. 24.
 in princip. à num. 91. ad plur. seq. & qui ab Harprecht.
 plena manu citati sunt Doctores.
- 39 Interveniunt quoque arrhae, sed non semper in spon-
 salibus. Sunt autem arrhae, quæ in sponsalibus inter-
 veniunt, non signum contrahendorum sponsalium, sed ad
 majorem solemnitatem, probationem, & argumentum
 contrahentium sponsalium vulgo à sponso sponsæ dari
 solent, l. 3. C. de Sponsal.
- 40 Olim in sponsalibus arrharum nomine plerumque an-
 nuli tradebantur. C. Nostrates 3. caus. 30. q. 5. l. Cul-
 cumque §. §. Si item 15. ff. de Insti. act. l. ex empt. 11.
 §. Si si qui 6. de act. empt. l. Donatæ 36. §. 1. ff. de dona-
 41 t. int. vir. & uxor. Nec annulus usæ sunt feminæ, nisi
 quos virgini sponsus miserat, neque amplius quam bi-
 nos aureos in digito habere solebat, Hotmann. de cast.
 nupt. par. 3. cap. 2. (Vid. sup. verb. Annulus in fin.)
- 41 Mulieris detrectatis nuptias post arrhas olim pœna
 quadrupli erat ut indicat l. 6. Cod. Theod. de sponsalib.
 & ante nupt. & ibi Gothofredus; l. un. si nupt. ex resc.
 d. l. un. si Preo. Reflor. Cod. Theod. quod pariter indi-
 cant Papiniani responsa tit. 27. Hæc pœna deinde muta-
 42 ta est in duplum; l. pen. Cod. de sponsal. & arr. Vide
 Schultingium vet. juris anti Justin. ad d. loc. Papiniani
 num. 3.
- 42 Arrhas sponsalicias in Saxoniâ non repeti decedente
 sponso, vel sponsa, ante nuptias, tradit Carpov. Ju-
 rispr. forens. part. 3. constit. 19. definit. 13. num. 5. &
 plur. seq.
- (Cum in arrhis, & jocalibus quædam sigillatim dis-
 cernantur, ad præcipua eorum declaranda est venire per-
 necesse. Quod à sponso sponsæ, & contrave libere datur,
 sponsalicia vocatur largitas: quod in matrimonii signum,
 utque ejus non deficiat implementum, arrha: à cujus de-
 nominatione, quod à sponso sponsæ sive de futuro, aut
 de præsentem in dotis, virginitalis, sive nobilitatis remun-
 rationem traditur, vel stipulatur, non excluditur; joca-
 lia vero sunt quæ ornatus causa mutuo exhibentur; si non
 perficiuntur per matrimonium sponsalia, mutuoque dis-
 solvuntur consensu, quantum ab utraque parte sit accep-
 tum, reddere contrahentes tenentur: si per aliquem ex
 eis (insuperhabita acceptionis osculi distinctione utpote
 non majorem honestatem ejus expressio continet) quomi-
 nus adimpleatur, exteterit, traditum esse restituendum
 & à dissentiente amittendum videtur; leg. 3. tit. 11. p. 4.
 verum est, personarum inter quas sponsalia celebrantur,
 magnam differentiam agnosci, nam quæ honorate se ge-

- runt, à quocumque dissensus proveniat, restituito ingre-
 ditur; consentaneum neque erit rationi, ut detur locus
 retentioni: neque inter personas alicujus opinionis, his-
 que in casibus ut compendium queratur, expedit.
- Arrha, ut signum, eosdem quoad amissionem gres-
 sus sequitur: leg. 1. ejusd. tit. & p. etiam earum traditio
 in alio fiat contractu, veluti in emptioe & venditione
 frequenter accidit: leg. 7. tit. 5. p. 5. sed tunc equidem
 per quem steterit, erit insiens: si per emptorem, ar-
 rha amittuntur: si per venditorem redduntur duplicatæ:
 verum in verò utriusque quocumque casu actio non de-
 negatur ad rei aut pretii persecutionem: nam ad con-
 tractus implementum compelli possunt contrahentes, vi-
 de add. hisp. verb. Pactum, in princ. dummodo actio fue-
 rit in iudicio à non dissentiente deducta. Conducunt
 leg. 6. tit. 5. q. 4. tit. 7. l. i. tit. 11. p. 5.
- Placuit supra animadvertere rationi esse consonum,
 quod si à proposito, videlicet contractu sponsalium, res-
 tiliatur, arrha: ut signum, sponsaliaque largitas resti-
 tuenda venient: ceterum nunc demonstratur, in reliquis
 contractibus, ubi ille ingredi valent, earum retentionem
 rationabilem esse: disparitatis ratio primo intuitu menti
 se subiacet, quia in istis illic præjudicium notatur, eo
 quod cuique contrahenti utile in effectum non pervenit
 in celebratione matrimonii non illum, quod in considera-
 tionem, atque sub æstimatione cadat, advertitur.
- Singularia, quæ inveniuntur in arrhis, de quibus nos-
 trates decimam partem bonorum eas constituentes excede-
 re non debere confitentur, necessario, si instructio que-
 liber legenti patefieri debet, inseruntur. Pars decima
 non amplius est offerenda: vide sup. add. hisp. cum leg. 1.
 & 2. tit. 2. lib. 3. For. Reg. 50. Tauri leg. 2. & 5. §. 1.
 tit. 2. lib. 5. Recop. Cast. tametsi per alterum contractum,
 præsertim emptiois, quidquid vellet, tradere possit,
 leg. 246. Stylt; nemini discrimen celatur, siquidem prop-
 ter hoc nec unus fit ditor, nec inopia alter laborabit
 quam ob causam prædictis donationibus est modus præ-
 scriptus, & quota præfixa, cum simplicibus donationibus in-
 ter virum & uxorem sint prohibita; leg. 3. 4. & 5.
 tit. 11. p. 4. ita sub decima est donator continendus, ut
 hæredes ejus possint excessum repetere licet eo vivente.
 leg. 1. citat. tit. 2. lib. 3. For. Reg.
- Per leg. 7. tit. 11. p. 4. demandatur, utrumque tam
 maritum quam uxorem possessionem rerum in dotem aut
 arrharum donationem deductarum mutuo sibi tradere ten-
 nerit: harum promissio de bonis futuris nihilominus sus-
 tineri: leg. 2. & 3. ejusd. tit. & lib. For. Reg. atque
 omnium ad sustentanda onera matrimonii administratio
 marito competit, citat. leg. 7. tessavit per consequens
 leg. 3. ejusd. tit. & lib. For. Reg. dispositio, per quam
 erit resolutum, vigesimum annum sponsa non habente,
 parentibus ejus, fratribus, aut propinquis esse potesta-
 tem ut quælibet alienatio evitetur, res sic donatas reti-
 nendi, & conservandi; etiam in facultate de illis ad dis-
 ponendum distinctio hodie magna notatur: veteri in tem-
 43 pore leg. 1. tit. 2. lib. 3. For. Reg. aut uxor ab instesta-
 to, aut testamento condito decedebat: primo casu, &
 absque liberis ad supersitem, suosve hæredes pertine-
 bant: in secundo, filiis stantibus, de quarta dumtaxat ar-
 rharum parte libera erat in favorem animæ dispositio
 ceteræ vero propriæ filiorum: istis deficientibus, uti dis-
 ponitur, observatum: verum præsentem tempore per l. 51.
 Tauri à decisione leg. 2. tit. 2. lib. 5. Recop. non dissim-
 lem, contrarium præcepit, scilicet de arrhis uxorem,
 uti voluerit, decernere, atque sine testamento ex hac vita
 decedente, ad ejus hæredes devenire. Vid. add. hisp. verb.
 Mater vers. Verumtamen: verb. Successio ab intestato,
 & verb. Testamentum.
- Jocalibus, quæ ornatus causa traduntur, nil inest
 specialitatis, præterquam quod octavam partem dotis ex-
 cedere non permittitur, leg. 1. & 5. tit. 2. lib. 5. Recop.
 Carr. Aug. ac. 4. §. 25. tit. 12. lib. 7. Cast.)

ASPERSORIUM.

SUMMARIUM.

- 1 ASPERSORIUM cum aqua benedicta Episcopo acceden-
 ti ad ecclesiam ministrari debet à prima digni-
 tate, vel digniore Canonico, & hoc cum osculo
 manus.
- 2 Si ordo præbendæ sint distinctæ, ministrandum est
 à primo Canonico Presbytero.
- 3 Episcopo tamen accedenti ad ecclesiam collegiatam
 porrigendum est aspersorium à Priore ejusdem
 ecclesie.
- 4 Sicuti si accedat ad quancumque aliam ecclesiam,
 sive secularium, sive regularium, ministrandum
 est ei aspersorium à digniore illius ecclesie, &
 nullimodo à dignitate seu digniore Canonico Cath-
 edrali.
- 5 Episcopo accedenti ad ecclesiam, dum in choro à Ca-
 nonicis recitantur horæ canonicæ, saltem duo ex Ca-
 nonicis tenentur obviam ire porrigentes aspersorium.
- 6 Si suffraganeus de licentia Episcopi deferat cap-
 pam; tenentur duo Canonici ire usque ad ostium
 ecclesie, & dignior debet ei porrigere aspersorium,
 quo suffraganeus se ipsum tantum aspergat.
- 7 Aspersorium non est porrigendum Archiepiscopo
 à digniore Presbytero.
- 8 Aspersio aquæ benedictæ fieri debet singillatim qui-
 buscumque Dignitatibus, & Canonicis, non vero
 unico lectu in circumlo.
- 9 Aspersio aquæ benedictæ fieri debet in dominicis
 diebus per ipsum celebrantem; etiam si sit prima,
 vel alia dignitas, non obstante contraria consue-
 tudine.
- 10 Ad solum parochum defuncti, etiam interveniente
 capitulo cathedrali, vel collegiata spectat asper-
 gere aqua benedicta cadaver, antequam levetur de
 domo, & intonare antiphonam Si iniquitates.
 11 Et idem currit, etiam si defunctus deferatur ad ec-
 clesiam Regularium.
- 12 Aspersiones domorum in Sabbato Sancto spectant ad
 parochos private quoad alios.
- 13 Prelato Referendario, & Governatori civitatis ac-
 cedenti ad ecclesiam datur aqua benedicta per con-
 tactum aspersorii ab aliquo ministro cotta induto,
 non autem per traditionem aspersorii, quo se ip-
 sum signet, & alios per asperionem.
- 14 Additiones ex aliena manu subnequuntur.
- 1 ASPERSORIUM cum aqua benedicta Episcopo accedenti
 ad ecclesiam ministrari debet à prima dignitate, vel dig-
 niore Canonico, Sac. Congr. Rit. in Salamantina 16. Ju-
 2 lii 1605. in Saranen. 22. Martii 1618. & in Bono-
 3 nien. 14. Febr. 1632. Et hoc cum osculo manus; Cere-
 monial. Episcop. lib. 1. Gavant. manual. Episc. verb. Ca-
 nonicorum munera erga Episcopum, num. 9. Si vero
 præbendæ sint distinctæ, ministrandum est à primo Ca-
 nonico Presbytero. Ead. Sac. Congr. Rit. in Placentina
 19. Maji. 1607.
- 3 Aspersorium aquæ benedictæ porrigendum est Epis-
 copo à Priore ecclesie collegiatæ, dum ibi accedit Epis-
 copus, non autem à prima dignitate, vel primo Canonico
 ecclesie cathedralis. Ead. Sac. Congr. Rit. in Camerinen.
 15. Martii 1618. * concordant, quæ habet Card. Lam-
 bert. postea Benedic. XIV. Institut. eccl. 105. §. 128.
- 4 Episcopo extra suam cathedralem in aliam ecclesiam
 sive secularium, sive regularium ingredienti aspersorium
 porrigi debet per digniorem illius, ad quam Episcopus
 accedit, & nullo modo per dignitates, aut Canonicos
 cathedralis. Ead. Sac. Congr. Rit. in Bononiens. 14. Febr.
 1632. & in Rhegiens. 8. Febr. 1648. & in Ravennaten.
 21. Martii 1655. Vid. verb. Aqua benedicta, num. 12.
 in fine.
- 5 Si Episcopus venerit ad ecclesiam, dum in choro à
 Canonicis recitantur horæ canonicæ, saltem duo ex Ca-

- nonicis tenentur à choro discedere, & obviam ire por-
 rigentes aspersorium. Ead. Sac. Congr. Rit. in Lunen. Sar-
 6 amanen. 3. Martii 1633.
- Si suffraganeus de licentia Episcopi deferat cappam, 6
 tenentur duo Canonici ire usque ad ostium ecclesie, &
 dignior porrigere ei aspersorium, quo suffraganeus se
 ipsum tantum aspergat; & pariter eum associare in re-
 ditu usque ad eundem locum. Ead. Sac. Congr. Rit. 6.
 7 Septemb. 1698.
- Aspersorium non est porrigendum Archiepiscopo à 7
 digniore Presbytero, neque alia obsequia ei sunt prastan-
 da, quæ soli Episcopo à Canonicis præstantur. Ead. Sac.
 Congr. Rit. in Baren. 4. Julii 1615.
- Aqua benedictæ aspersio fieri debet singillatim qui- 8
 buscumque Dignitatibus, & Canonicis incipiendo ab iis,
 qui in dextero cornu existunt, non vero unico lectu in
 circumlo. Ead. Sac. Congr. Rit. in Persina 20. Decem-
 9 bris 1601.
- Aspersio aquæ benedictæ in dominicis diebus fieri de- 9
 bet per ipsum celebrantem; etiam si sit prima, vel alia
 dignitas, non obstante contraria consuetudine, quæ po-
 tius corruptela, quam consuetudo dici debet, cum sit
 contra rubricas missalis romanæ, & dispositionem cere-
 monialis Episcoporum lib. 2. cap. 30. quæ tollit omnem
 contrariam consuetudinem. Ead. Sac. Congr. Rit. in Pe-
 10 rusina 29. Novemb. 1631.
- Ad solum parochum defuncti, etiam interveniente 10
 capitulo cathedrali, seu quocumque collegiata, spectat
 aspergere aqua benedicta cadaver, antequam levetur
 de domo, & ad eundem pertinet intonare antiphonam
 Si iniquitates. Ead. Sac. Congr. Rit. in Aversana 15. Sep-
 11 tembris 1640. in responsione ad tertium & in Novarien.
 21. Septemb. 1651. Vide verb. Canonicus art. 8. num. 5.
 6. 7. & 9. ubi multa ad rem.
- Sic pariter ead. Sac. Rit. Congr. in Squillacen. 18. 11
 Novemb. 1606. censuit Curatos in quorum parochia de-
 functus obiit, & non regulares, ad quorum ecclesia de-
 functus portatur, debere benedicere corpus defuncti.
 Ita refert Barbosa de offic. & potest. parochi, cap. 27.
 num. 67.
- Aspersiones domorum in Sabbato Sancto Paschæ Re- 12
 surrectionis spectant ad parochos private quod alios ec-
 clesie Clericos. Sic post alios resolvit Barbosa l. cit.
 cap. 12. n. 11. & 12. ubi refert Sac. Congr. Conc. sub
 13 die 23. Novemb. 1616. decrevisse regulares non posse in
 Sabbato Sancto benedicere domos.
- Prelato Referendario, & Governatori civitatis acce- 13
 denti ad ecclesiam datur aqua benedicta per contactum
 aspersorii ab aliquo ministro cotta induto, non autem per
 traditionem aspersorii, quo se ipsum signet, & alios per
 asperionem, ut auditis partibus declaravit ead. Sac.
 Congr. Rit. in Esina 7. Julii 1704.
- 14 Multa ad hæc materiam pertinentia vide apud
 15 Barbosa, Sum. Apostel. sac. d. collect. 39. & col-
 lect. 88. n. 29. collect. 253. n. 31. ¶

ASSASSINIUM, ASSASSINUS.

SUMMARIUM.

- 1 Quid sit Assassini proprie tales, ad num. 5.
- 2 Quinam improprie tales, ad num. 15.
- 3 Et quinam minime tales, ad num. 20.
- 4 Quid requiratur ad verum assassinium constituen-
 dum, ad num. 25.
- 5 De Clericis assassinis, ad num. 29.
- 6 De panis quas incurrit veri assassini, ad num. 39.
- 7 Subnequuntur additiones ex aliena manu, ad num. 55.
- ASSASSINIUM proprie dictum est, cum pro pecunia, aut
 alia re pretio æstimabili accepta, vel promissa alterius
 mandato homo incautus occiditur: unde assassini proprie
 dicti sunt illi, qui pro pecunia, pretio, aut promissione
 occidunt homines incautos, vel occidere ipsos faciunt,
 & sic tam occidentes, quam mandantes occisionem, sunt

vere assassini. Colligitur ex cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ibi Doctores communiter. Antequam tamen sequatur effectus, qui mandatum, & pecuniam dedit propter homicidium, gaudet Immunitate; Sac. Episc. Congr. in una Sarzanen. 21. Februarii 1620. Sicuti etiam ipsa immunitate gaudet mandatarius, si non sit secuta mors, nec intentatum assassinium; Sac. Cong. Immunitatis in Mediol. 21. Septemb. 1633. lib. 2. decret. Paul. pag. 161. & in Meliten. 21. Novemb. 1690. lib. decret. Martelli pag. 686. ubi statuitur, seum confugitum ad ecclesiam, & ab ea extractum ob inventa assassina, sed non secuta, gaudere immunitate, & esse restituendum, proviso tamen, ne ex restitutione oriantur scandala. Sic etiam gaudet immunitate, tam mandans quam mandatarius, si mandatum, & pecunia intervenierit ad solummodo vulnerandam, & non autem ad occidendum, ut expresse decrevit Sac. Congr. super Episcopis in Neapolitana 25. Junii 1601. per hæc verba: *Gaudeat ecclesiastica immunitate, qui mandat, & mandatum recipit, vel cooperatur propter pretium acceptum, vel promissum ad faciem ferro cutipiam deformandam, aut vulnerandam, quia tales improprie dicuntur Assassini.*

6 Assassini sunt, & privantur immunitate ecclesiastica, qui recipient, defendunt, vel occultant assassinum, dummodo recipientes, defendentes, vel occultantes sint vere causa mortis illate per assassinum, & cognoscant assassinum esse, cui auxilium præstant, & quatenus tali auxilium præstant. Farinac. de homicid. quest. 123. n. 29. & seq. Gutierrez lib. 3. quest. 7. num. 53. Peregrinus tract. de Immunit. ecclesiast. cap. 7. num. 336. Pignatell. tom. 9. cons. 43. num. 16. De receptoribus, & occultatoribus est textus expressus in cit. cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. ibi: *Aut eos receptorum, seu occultatorum, & tradunt Gloss. ibid. verb. Receptaverint.* Hostiensis ibi in princ. & n. 15. & alii. Receptatores autem sunt, qui scientes assassinum, ad eum tuendum, in domum suscipiunt; arg. l. 1. & a. ff. de reprob. leg. congruit, ff. de offic. Præsid. Immo non in propriis tantum domibus, sed etiam in alienis, in quas suscipere possunt, recipientes penæ huic sunt obnoxii: arg. leg. 1. §. Quod autem, ff. de sero. corrupt. De defensoribus patet etiam expressè in cit. cap. Pro humani, de homicid. in 6. ibi: *Vel defenderit, & firmant ibid. Hostiens.*

11 n. 26. Joann. Monachus n. 9. & alii. De fautoribus docet Plazza in epist. de delict. cap. 19. n. 24. Remig. de immunit. fall. 15. n. 9. Gutierrez dict. quest. 7. n. 13. Farinac. de Carcer. quest. 28. Peregr. dict. cap. 7. numer. 35. & alii. De præstantibus auxilium tenent Probus, & Joannes Monachus in dict. cap. Pro humani de homicid. num. 1. lit. O. ubi etiam ait, quod prohibetur auxilium omne, per quod insultans efficitur audacior, & insultatus timidior. Quod etiam tradit Bald. in l. Non fideo minus col. ult. Cod. de accus. & late Ancharan. cons. 276. Angel. cons. 14. col. 2. Paris. cons. 166. n. 1. lib. 4. & alii plurimi.

13 Assassini sunt testes, qui pro pecunia accepta perhibent falsum testimonium, ob quod innocens morte punitur. Sicuti etiam sunt assassini iudices, qui pecunia, & pretio corrupti innocentes ad mortem damnant; sic tenent Nicolius part. 1. leg. 1. tit. 8. de his qui sunt sui, num. 32. amplia 3. num. 4. Marius Italia de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5. num. 144. & seq. Curtell. lib. 1. quest. 19. num. 14. & seq. Peregrin. dict. cap. 7. n. 42. Delbene de immunit. cap. 16. dub. 21. sect. 7. num. 2. Pignatell. loc. cit. n. 40. Isti enim puniuntur. leg. Cornelia de sicariis, quæ punit omne homicidium dolo illatum, si quis falsum testimonium capitalis criminis dixerit, si quis cum esset in magistratu pecuniam accepit, ut ca-

Horrendorum, inhumanorumque assassinatorum crimina, præsertim itinerem perpetrantibus, adhuc in casu simplicis insulti, mutilatione tantummodo secuta, immunitas localis haud suffragari videtur (1): ideò dum ad solum vulnerandam, & non occidendum, præcessit mandatum, & pecunia, si vulnerario subsequatur, ea non gaudebit.

(1) Concord. ann. 1737. art. 2. La inmunidad local no sufrague en adelante á los saltadores, ó asesinos de caminos, aun en el caso de un solo, y simple insulto,

pitalis criminis reus feret; l. 1. & a. ff. ad leg. cornel. de Sicariis (Leg. 26. tit. 11. 25. & 26. tit. 22. p. 3. l. tit. 7. 11. tit. 8. p. 7.) Unde incurritur sicariorum crimen, & penam, atque adeò privationem immunitatis ecclesiasticæ, ut videtur colligi ex leg. Non solum 5. Si mandato, ff. de injur. & ex dict. cap. Pro humani de homicid. in 6. ubi expressè tales delinquentes vocantur assassini, & in constitutione Gregor. incip. Cum aliis dicuntur assassini rei. Sic etiam dicuntur assassini, & imunitate carent pro pecunia occidentes, seu mandantes occidi quemlibet infidelem v. g. Judæum vel Paganum in ditionibus christianorum toleratum, ut tenent Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 18. Farinac. in append. de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. n. 20. & seq. Marius Italia de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 20. Peregr. de immunit. cap. 7. n. 39. Delbene loc. cit. num. 2. Bonac. tom. 4. disp. 3. quest. 7. punct. 7. num. 9. Pignat. l. c. num. 13. & alii plurimi. Et ratio est, quia fidelis, vel infidelis se habet materialiter, & per accidens ad crimen assassini, cum malitia, & quiddam formalis hujus criminis in hoc consistat, quod quis pretio temporali vitam hominis perdat. Tum quia c. Const. Gregor. XIV. incip. Cum aliis non distinguit inter illos assassinos, qui occidunt, vel occidi faciunt fideles, vel infideles, adeoque intelligenda est de omnibus assassinis ad textum in l. de pretio, ff. de public. & l. Præses, ff. de offic. Præsid.

Assassinus tamen non dicitur, qui adversarium, cum 16 quo inimicitias gerebat, sociis pecunia conductis, occidit, quia non occidit incautum. Farinac. in append. de immunit. cap. 8. num. 232. Ambrosin. de immunit. cap. 7. num. 10. Peregrin. de immunit. cap. 7. num. 43. & alii. Sic etiam non est assassinus, qui occidit communem inimicum, etiamsi pecuniam ab altero ad hoc accepit, quia non occidit incautum, & qui pecuniam dedit, potius dicitur instigator, quam assassinus. Covarrubias lib. 2. var. resol. cap. 20. n. 9. Farinac. in append. de immunit. quest. 8. num. 132. Ambrosin. dict. cap. 7. num. 10. Delbene loc. cit. sect. 2. num. 1. & 2. Gratian. cons. 53. num. 45. c. seq. lib. 2. Gabr. cons. 170. n. 13. lib. 1. Bonac. loc. cit. n. 18. Pignatell. loc. cit. n. 15. Lezana, Diana, & alii plurimi. Nec etiam dicitur assassinus, qui sine pretio & sine pretii promissione aliquem interficit, ut alteri rem gratam faciat. Mascard. de prob. tom. 1. concl. 138. n. 2. Menoch. de arbit. lib. 2. centuria 4. casu 360. n. 42. Farinac. loc. cit. n. 130. Ambrosin. loc. cit. n. 8. & alii passim. Nec etiam est assassinus, qui occidit aliquem ob solum spem obtinendi premium, aut ob solas preces, aut alios respectus, quia in assassinio opus est, ut adsit pecunia, vel aliqua res pretio æstimabilis data, vel promissa loco pecuniæ. Sic Nicol. loc. citat. num. 32. limit. 4. Diana, tom. 1. num. 2. resolut. 18. & tom. 4. tract. 4. resolut. 109. Farinac. loc. citat. num. 129. & alii multi apud ipsum cum Bald. Ambrosin. Peregrin. Pignatell. & aliis plurimis. Nec etiam est assassinus, qui alium occidit spe succedendi in bonis occisi, aut vincendæ litis, quia non accepta pecunia, nec habita promissione pecuniæ, ac sine mandato occidit, ut requiritur ad verum assassinium, ex cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & expressè tenent Ambrosin. loc. cit. Peregrin. loc. citat. numer. 51. & alii.

De primo ad ultimum ad hoc ut possit de facili cognosci, an quis dicatur, & sit vere assassinus, ac privetur immunitate ecclesiastica, sciendum est, quod quatuor principaliter requiruntur. Primo requiritur, ut præcedat mandatum ad occidendum, textu expresso, in citat. cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ibi Doctores communiter. Secundo requiritur, quod ad occidendum mandatarius conducatur pretio certo soluto, vel certè promiss-

con tal que en aquel acto mismo se siga muerte, ó mutilacion de miembros en la persona del insultado.

misto, nec sufficit vaga, ac jactatoria promissio, ut si mandans homicidium dicat mandatario se nunquam defuturum ipsius necessitibus. Bursat. lib. 1. cons. 20. n. 4. Vulpell. cons. 143. Pignatell. cum multis aliis, loco cit. n. 32. & sic Sac. Congr. Immut. in Mediolanen. 21. Sept. 1633. lib. 2. decret. Paul. pag. 171. ubi decrevit, quod non probata conventione, aut solutione certè pretii, non probatur qualitas assassini, ideòque reus in ecclesiis confugitus gaudet immunitate. Tertio requiritur, ut promissio sit expressè acceptata, alioquin nullam ponit obligationem, ac proinde non est pretio æstimabilis, nec æquivaleret pecuniæ; Bald. consil. 183. lib. 9. c. 30. n. 17. Gratian. disceptat. forens. lib. 4. cap. 619. n. 6. & seq. Farinac. q. 13. n. 147. Boss. de homicid. n. 35. Gabriel. de malefic. lib. 7. concl. 1. n. 39. Pignatell. loc. cit. n. 37. cum aliis, & Grammat. cons. 11. n. 19. qui subdit non sufficere promissionem esse postea executam, quia requiritur, ut interveniat conventio, & contractus mutue voluntatis inter mandantem, & mandatarium, ut colligitur ex citat. cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. & ex citat. decreto Sac. Congreg. Immut. in Mediolan. & ex alio ejusdem Congregationis decreto max adducendo. Quarto requiritur, ut conventio, & pecunia data, vel alterius rei æquivalentis promissio acceptata sit pro ipsa occasione, non autem pro alia re, ut pro expensis itineris, vel pro occidendo à morte eripiendo, vel pro similibus: requiritur enim ad verum assassinium, & ad privationem immunitatis, quod homicidium committatur cum pretio sanguinis convento; Bald. cons. 170. n. 21. & 23. Boss. l. c. n. 35. Farinac. d. q. 173. n. 158. & in append. Immunitatis c. 8. n. 127. Ambrosin. l. c. cap. 7. n. 9. Pignatell. l. c. n. 38. Lezana, Bonac. & alii passim, & expresse decrevit Sac. Cong. Immut. in Assisien. 26. Maji 1632. lib. 2. decret. Paul. pag. 25. his verbis: *Commissio homicidii absque pretio sanguinis convento gaudet Immunitate.*

5 Clerici diffidat assassini excluduntur à privilegio canonis contra percutientes eos, & sunt spoliati omni privilegio clericali, & sine alia degradatione, cum sint ipso jure degradati, possunt occidi, vel verberari sine excommunicatione, vel alia pena. Angelus verb. Assassinus n. 3. Sylvester verb. Assassini q. 3. & 4. Jul. Clat. §. final. quest. 36. num. 3. Squilant. de privileg. Cler. c. 6. num. 12. Covarrubias lib. 2. variat. cap. 20. num. 16. & alii passim, & colligitur aperte ex cap. pro humani 1. de homicid. in 6. Cognitio tamen assassini commissi à Clericis non spectat ad curiam laicalem; Sac. Cong. Immut. tit. 27. Martii 1629. lib. 1. decret. Paul. pag. 131. Nec judex laicus ullam habet jurisdictionem in Clericis sub pretextu hujus criminis ante sententiam declaratoriam, quæ non à seculari, sed ab ecclesiastico iudice fieri debet. Clemens VIII. cons. 37. incip. Aquas, & circumspetas, edita pro Hierosolymitanis 18. Decemb. 1794. & Sac. Cong. Episcop. in Capacen. 14. Februarii. 1601. Sic etiam cognitio criminis assassini confugitorum spectat ad iudicem ecclesiasticum. Sac. Cong. Immut. in Amalphitana 4. Decemb. 1626. lib. 2. Paul. pag. 16.

6 Assassini veri incurrunnt varias penas: Primo incur-

Licet assassinium jure civili, id est, Romanorum incognitum fuerit, tamen legibus hujus regni, decum advertitur, mortis penam non solum in exequentes, mandantes, verum etiam recipientes, & celantes (1) esse animadversam.

(1) L. 3. tit. 27. p. 7. Aseesinos, son llamados una manera que ha de omes desesperados, é malos, que matan á los omes á traicion, de manera que non se pueden de ellos guardar. Ca á tales y ha dellos que andan vestidos como religiosos, é otros como pelegrinos, é otros que andan como labradores, é alverganse para labrar con los omes por que se aseguren con ellos, é andan muy encubiertamente en estas maneras sobredichas, é en otras semejantes destas, por que pueden cumplir su traicion é su maldad que han en el corazon de hacer, é por que tales omes como estos son muy peligrosos, mayormente contra los Reyes, é contra los omes grandes Señores: por ende defendemos que ningun ome non sea ó ado de los rescibir á sabiendas en sus casas, nin de los encubrir en ninguna manera. E si por aventura alguno contra esto fuere, recibiendo alguno de ellos, ó encubriendolo, ó mandandolo matar algund ome, maguer que non lo encubriese él, ni lo rescibiese, é si supiese ciertamente, que se allegaba en casa de otro alguno, é non lo descubriese: mandamos, que muera por ello. E si por aventura fuysese, que non lo pudiesen haber para cumplir la justicia en él, damoslo por desafiado de Nos, é de todos los del nuestro Señorío, de manera, que qualquier que lo mate, de allí adelante, non haya pena ninguna. Otrosí decimos que los asesinos, é los otros omes desesperados que matan los omes por algo que les den, que deben morir por ende tambien ellos, como los otros, por cuyo mandado lo hacen.

runt excommunicationem ipso facto, quæ tamen non est reservata, ut notat Gloss. in c. 1. de homicid. in 6. Farinac. quest. 123. & alii. Et hæc excommunicatio incurritur, quamvis intendens occidere solum vulneret, & mors non sequatur, textu expresso in cit. cap. Pro humani 1. de homicid. in 6. ibi: *Quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur.* Secundo incurrunnt penam perditionis, seu diffidationis perpetuæ à toto populo christiano ipso facto in personam, & bona sua, ut tamquam publici hostes habeantur, ita ut possint impune occidi, nedum per iudicem, sed etiam per quemcumque privatum, quia idem est bannire, & diffidare, quod statuere, & precipere, ut impune possint occidi, ut not. C. de accus. l. Reos. Requiritur tamen prius sententia declaratoria assassini probati; & dum textus in d. cap. Pro humani, dicit non requiri aliam sententiam, debet intelligi, quod non requiratur sententia, quæ det licentiam occidendi, & hujusmodi, quia sufficit quod declarentur assassini, vel fautores; sic Tabiena verb. Assassinus n. 2. Angelus eodem verb. num. 4. Farinac. & alii. Tertio incurrunnt penam depositionis, seu privationis omnis dignitatis, honoris, & officii, ac beneficii ipso facto ex dict. c. Pro humani. Et hæc pena respicit tam laicos, quam Clericos, dummodo prius præcedat declaratoria assassini commissi, ut docet Suarez disp. 23. sect. 5. num. 47. de Censur. ac de communi testatur Farinac. quest. 123. num. 17. Immo tam mandans, quam mandatarius, & omnis cooperans, effectum secuto, incurrunnt irregularitatem. Reginald. lib. 30. n. 123. Suarez de Censur. disp. 44. sect. 3. n. 7. Adeo ut Episcopus non possit rehabilitare talem irregularem ad retinendum beneficium, quamvis simplex, & de Jurisdictione suæ familiæ, de quo servat. servand. sit privatus propter simile homicidium, ut censuit Sac. Cong. Concil. in una Casacen. Augusti 1631. Quarto tam mandans, quam mandatarius, & cooperantes privantur eo ipso immunitate ecclesiastica, & Gregor. XIV. constit. incip. Cum aliis, & Benedict. XIII. constit. incip. Ex quo, effectu tamen secuto, quia assassini propter intentatam, & non secuta assassinia gaudent immunitate, ex declaratione Sac. Cong. Immut. in una Mediolanen. 21. Septembris 1633. & in una Meliten. 21. Novembris 1690. Et hæc nota, quod alia penæ indicte in cit. c. Pro humani 1. de homicid. in 6. incurrunnt etiam effectu non secuto, ut expresse loquitur textus ibi: *Quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur, & pena privationis immunitatis ecclesiasticæ indicte in cit. Gregoriana Cum aliis, non incurritur, nisi effectu secuto, ut expresse declaravit Sac. Cong. in cit. Mediolan. & etiam in una Bononiensi 10. April. 1628. & in una Florentina 10. Julii 1636.*

7 Assassinium de jure civili incognitum est. Jus 40 canonicum primo mentionem de eo habuit in cap. Pro humani, de homicid. in 6.

De assassinii natalibus & antiqua ratione, consule Bohemer. in Decretal. lib. 5. tit. 12. §. 26. & sequent. Adde & Strykiun juridic. disteri. tom. 6. disp. 16. sect. 2. num. 19. & sequent.

Ut assassinium commissum dicatur, tria & quidem co-

42 pulative à Doctores requiruntur. 1. Mandatum ad occi-
 43 dendum. 2. Ut pecunia vel alia merces interveniat certa,
 44 data, aut promissa. 3. Ut hujus premiti dati intuitu aut
 ejusdem saltem certa spe assassinium mandatum det execu-
 45 tionem, aut ad minimum deveniat ad actum effectui pro-
 ximum, Theodor. in Colleg. crimin. disp. 2. th. 4. lit. B.
 Hinc sequitur 1. Quod assassinium non sit, si à man-
 46 dante mandatorum data vel promissa sit pecunia ad per-
 cutiendum, non ad occidendum. 2. Quod ad assassinium
 non sufficiat generalis promissio. 3. Quod assassinium
 47 non inducat mutuum, depositum, commodatum; Con-
 fer Farinac. lib. 1. consil. 10. fer. per tot. Mascard. de
 probat. lib. 1. conclus. 138. num. 11.
 48 At sunt qui tenent, assassinium committi, si man-
 dans promiserit bona, & mala sua ei fore communia;
 tum si dixerit: domus mea erit domus tua: domus mea
 tibi semper erit aperta: liberabo te à morte: Vide Sorg.
 49 Jurispr. Forens. tom. 9. cap. 5. num. 133. & Auctores ab
 eo cumulator.
 50 Crimen hoc tam atrox est, ut crimini læsæ majestatis
 comparetur; Farinac. lib. 1. consil. 4. n. 7. item latro-
 cinio. Multa quoque singularia habet, quæ aliis crimi-
 51 nibus non sunt annexa. 1. Quod in probando crimine il-
 lo, si agatur coram giudice ecclesiastico, probabilia etiam
 sufficienti argumenta, quam tamen aliis criminis pro-
 52 bationes luce meridiana clariores requiruntur; secus si
 coram seculari. 2. Quod iudex sine accusatione proce-
 dere valeat, quando nimirum constat aliquo modo de
 53 qualitate assassini, nequaquam vero si dubitetur.
 3. Quod reus confugiendo ad ecclesiam non gaudeat ejus
 immunitate, àllaque plura de quibus omnino vide Fa-
 rinac. quart. 123. inspect. 3.
 54 De mandante assassinium an gaudeat immunitate, &
 quid effectus non sequito, vide contrarias inter se opi-
 niones apud Sorg. Jurispr. Forens. tom. 9. cap. 5. n. 139.
 & seq. ubi ait, quod ex concordia de anno 1741. inita.
 S. Sedem inter, & Regem utriusque Siciliæ in Regno
 Neapolitano mandans non gaudet immunitate, etiam
 non sequito effectum, dummodo (sunt verba concordie)
 55 deventum fuerit ad actum proximum, hoc est ad insulsum
 ita ut interveniret vulnus.

De Clerico assassino vide quæ copiose habet Sorg.
 Jurispr. Forens. tom. 9. cap. 34. n. 10. & plur. seq. &
 (Bullas num. 38. vid. infra verb. Immunitas eccle-
 siastica.)

ASSECURATIO, ASSECURATOR.

SUMMARIUM.

1. **Assecuratio est contractus, quo suscipitur in se**
 2. **periculum alicujus rei alienæ pro pretio, vel inter-**
 3. **esse accepto.**
 4. **Licet possit aliquis etiam gratis assecurare, & sus-**
 5. **cipere in se periculum, quæ erit quasi gratuita do-**
 6. **natio; communiter tamen fit pro pretio, sicut em-
 7. **ptio, & venditio.**
 8. **Hic contractus assecurationis est licitus, & non uru-**
 9. **rarius, si justum intercedat pretium pro ratione**
 10. **periculi cum aliis conditionibus requisitis.**
 11. **Conditiones ad justitiam hujus assecurationis con-**
 12. **tractus requiritur, ad num. 8.**
 13. **Resolutiones super dictis conditionibus, & quando,**
 14. **& quomodo assecrans, & assecrator periculo**
 15. **subire teneantur, ad num. 23.**
 16. **Additiones ex aliena manu inseruntur, ad num. 58.**
 17. **Assecrator est contractus, quo suscipitur in se pericu-**
 18. **lum alicujus rei alienæ pro pretio, vel interesse accepto;**
 19. **Est communis. Licet enim possit aliquis etiam gratis ase-**
 20. **curare, & suscipere in se periculum, quæ erit quasi em-
 21. **ptio, & venditio; qui enim pretio assecratur, videtur ven-**
 22. **dere suam obligationem, quæ se obligat ad solvendum rei**
 23. **æstimationem, dato quod perierit, & alter hanc videtur******

emere. Sic Molina disp. 507. num. 2. Lessius lib. 2. de
 just. cap. 28. dob. 4. num. 24. Lugo de justit. & Jur.
 tom. 2. disp. 31. sect. 7. num. 93. & alii passim, & Rota
 part. 2. decis. 688. n. 4. ubi dicit quod assecratur idem
 importat, ac se obligare, adeoque assecrans statim con-
 3. **veniri possit, & expresse part. 19. tom. 2. dec. 447.**
 4. **n. 7. Et hic contractus assecurationis est licitus, & non**
 5. **usurarius, si justum intercedat pretium pro ratione peri-**
 6. **culi, cum aliis conditionibus numero sequenti assignan-**
 7. **dis; Rota part. 17. dec. 400. num. 1. & part. 19. tom. 1.**
 8. **decis. 369. n. 89. & Doctores communiter.**

Conditiones ad justitiam hujus assecurationis contrac-
 4. **tus requisitæ principaliter sunt: prima, ut sit æqualitas**
 5. **inter pretium, quod assecratur datur, & obligationem,**
 6. **quam in se suscipit secundum varias circumstantias tem-**
 7. **porum, locorum, & personarum; sicut enim in contractu**
 8. **emptions, & venditionis debet servari æqualitas inter**
 9. **pretium, & rem venalem; ita in contractu assecurationis**
 10. **inter pretium, & illam obligationem, quæ alteri vendi-**
 11. **tur. Et hæc æqualitas consideranda est ex quantitate peri-**
 12. **culi tempore contractus, non autem ex rei eventu, juxta**
 13. **tamen communem hominum æstimationem, & proximam**
 14. **cujusque regionis; & civitatis: secunda conditio est, ut**
 15. **assecrator ab eo, qui petit assecurationem, moneatur de**
 16. **veris periculis, quibus subjacet res assecranda, si ali-**
 17. **qua adsint penitus incognita assecratori; sicuti venditor**
 18. **teneretur manifestare vitium, & defectum intrinsicum**
 19. **rei penitus incognitum emptori: tertia conditio est, ut**
 20. **merces, quæ assecratur, revera existant; aliis invalidus**
 21. **est assecrationis contractus, cum non possint assecra-**
 22. **ri merces, quæ non existunt: quarta conditio est, ut mer-**
 23. **ces assecraturæ subsint revera, & expositæ sint periculo;**
 24. **aliis si assecrator sciret, merces non amplius subesse**
 25. **periculo, ex quo jam pervenisset ad portum, vel ter-**
 26. **minum, non valeret contractus, & teneretur assecra-**
 27. **tor restituere omne pretium acceptum, cum periculum,**
 28. **pro quo datur pretium, non adesset; unde istis bene**
 29. **ponderatis.**

Resolvitur, primo quod si is, qui assecurationem pet-
 5. **tit, sciat merces jam periisse, vel esse in statu, in quo**
 6. **certissime perire debeant, non potest pretio promisso se-**
 7. **curitatem ab alio exigere, & si aliquid tali doloso con-**
 8. **tractu exegit, debet integre restituere. Sic communiter**
 9. **Doctores, & Rota, part. 2. decis. 88. n. 1. & part. 19.**
 10. **tom. 1. decis. 373. n. 31. Si tamen tempore assecurationis**
 11. **notitia depraedationis, vel deperditionis mercium haberi**
 12. **non potuit, licet de facto merces fuissent jam de-**
 13. **perditæ ante celebrationem contractus, in tali casu ase-**
 14. **secrator remaneat obligatus, quia mens contraheutium**
 15. **juxta receptam proxima est, ut periculum intelligatur sus-**
 16. **ceptum etiam quoad præteritum, si mercator ignorat**
 17. **merces esse deperditas. Ita Rebell. de obligat. just. lib. 16.**
 18. **de contractu assecurationis, quest. unico. n. 7. & alii cum**
 19. **Rota, part. 19. tom. 1. dicit. decis. 373. n. 33. & 34. &**
 20. **part. 6. decis. 229. n. 17. In hac tamen ultima dec. n. 19.**
 21. **dicit Rota, quod dum dicitur, quod assecurationis con-**
 22. **tractus potest fieri de re perempta, id intelligitur verum,**
 23. **quando adest pactum expressum, ut etiam jam perempta**
 24. **nave, assecrator teneatur de interitu.**

Secundo resolvitur; quod si quis non habeat merces
 11. **in mari, sed fingat eas habere, non est valida assecra-**
 12. **tio. Doctores communiter, & Rota, part. 19. tom. 2. de-**
 13. **cis. 447. n. 4. & assecrans, qui per fraudem, & dol-**
 14. **um adductus est à mercatore ad præstandam assecurationem**
 15. **mercium non existentium, potest sibi retinere pre-**
 16. **tium acceptum à mercatore, quia nihil retinet invito do-**
 17. **mino, cum quo quantum in se fuit, voluit justum assecu-**
 18. **rationis contractum inire; tunc quia sicut adductus per**
 19. **fraudem ad ludendum, potest lucrum in ludo acquisitum**
 20. **retinere, quamvis qui fraude vitur, non possit aliquid**
 21. **lucrari, ita etiam assecrator; Bonacina, de contractib.**
 22. **disp. 3. part. 9. punct. 3. num. 3. ver. Respondeo affirm-**
 23. **ative, & multi alii apud ipsum. Sabell. summ. divers.**
 24. **tract. §. Assecraturio, num. 5. Sanctar. Lusitan. tract. de**
 25. **assecratur. & sponson. part. 3. num. 10. & seq.**

Tertio resolvitur, quod assecrans, qui fingit se ha-
 12. **bere bona, quæ revera non habet, agit contractum invari-**

lidum assecrationis, & tenetur restituere pretium totum
 acceptum pro assecuratione, immò & damna mercatori
 inde provenientia, quia illorum est causa injusta: dolus
 enim dedit causam contractui, nec mercator contractum
 assecrationis celebrasset, nec aliquid ei pretium pro
 assecuratione dedisset, si cognovisset, assecratorum non
 habere bona ad solvendum, mercibus perentibus. **Com-**
 13. **munitis Doctorem.**

Quarto resolvitur, quod si assecrans sciat, vel per
 literas amicorum, vel alio modo merces jam esse in tuto,
 vel pervenisse navim ad portum, licet hoc ab aliis com-
 munitur ignoretur, non potest pretium sibi pro assecra-
 tione pacisci, cum periculum, pro quo datur pretium,
 receperit, tenetur illud integre restituere; immò & om-
 14. **nia damna mercatori inde secuta ex ejus dolo resarcire,**
 15. **ut tenet communiter.**

Si autem assecrator non sciat certò merces jam esse
 in tuto, sed solum sciat pericula magna ex parte cessasse,
 tunc potest aliquid accipere, & retinere pro quantitate
 decrementi, vel incrementi periculorum secundum pru-
 dentis viri judicium. Azorius, institut. moral. part. 2. li-
 14. **br. 11. c. 18. dub. 5. & 9. Molina, decis. 507. n. 3. Les-**
 15. **sus, Lugo, & alii passim.**

Sic etiam assecrator, qui ex astrologia, (vide infra
 proxime verb. Astrologia) aut ex alio capite cognoscit non
 futuram in mari tempestatem, aut ex literis amicorum scit
 mare esse securum, & liberum à latronibus, & pyratibus,
 non potest tantum accipere, quantum alter assecrator,
 qui hæc ignorat, sed solum potest accipere tantum pre-
 tium, quantum adhuc restat dubium periculi ratione cog-
 15. **nitionis sæpe superius nimis fallacis: & ratio est, quia ase-**
 16. **secratoris scilicet contractus sortis, quo periculum perendi, &**
 17. **lucrandi quis se exponit; unde qui scit nullum, aut minus**
 18. **fore periculum, nulli, aut minori periculo se exponit, adeo-**
 19. **que non potest tantum accipere, quantum alter assecra-**
 20. **tor, qui hæc ignorat, cum ille talia ignorans, contractum**
 21. **sortis cum mercatore iniret cum æqualitate conditionis,**
 22. **quod est justum, & talia cognoscens iniret cum conditionis**
 23. **inequalitate, quod est injustum. Sic Azorius, l. c. Salo-**
 24. **nus, Lugo, Valentia, Toletus, Bonacina, & alii passim.**

Assecraturio facta à periculo maris non extenditur ad
 alia pericula, & idèd satis erit, si merces salvæ pervene-
 rint ad locum statutum, & conventum, quidquid postea
 de illis contingat; si verò non pervenerint, tunc tenetur
 16. **assecrator; leg. 1. cod. de navis fanorum. Rota, part. 6.**
 17. **recent. decis. 24. n. 6. & part. 12. decis. 157. num. 26.**
 18. **& seq.**

Si verò in contractu assecrationis exceptio facta sit
 de uno tantum casu, tunc manifestè declarat, omnes alios
 casus fuisse comprehensos; Rota, part. 19. tom. 1. de-
 17. **cis. 58. n. 58. Sicuti omne periculum in se assumens**
 18. **non tantum exceptio, in reliquis omnibus undequaque**
 19. **teneretur; Rota, part. 16. decis. 420. n. 5.**

Si mercium assecraturio facta fuerit super una, & cer-
 ta determinata navi, & postea sine nova conventione
 merces deferantur super diversam, si fuerint depraedatæ,
 vel naufragio deperditæ, contra assecraturam agi non
 potest; Rota, part. 6. recent. decis. 54. n. 18.

Assecrans merces, vel pecunias per loca periculosa
 vehendas, intelligitur in se suscipere periculum solius
 fortune, non autem culpæ vehementis, aut alterius; leg.
 Cum proponas, ubi Bart. Bald. Castor. & alii, & in leg.
 19. **penult. cod. de natur. fanor. Leonin. cons. 23. Paul. Chris-**
 20. **tin. dec. Belg. 47. n. 5. & 6. col. 3.**

Assecrans navim, vel merces de uno loco ad alium,
 mercibus deperditis, vel deterioratis, tenetur resarcire
 damnum secundum æstimationem loci, ad quem erant
 deferendæ, & non simpliciter loci, ad quo fuerunt dela-
 20. **tæ, & sic habita etiam ratione lucri, quod assecratur**
 21. **percepisset, salvis rebus in loco ad quem deferrebantur.**
 22. **Rota, part. 6. recent. decis. 258. per tot. & part. 7. de-**
 23. **cis. 47. per tot.**

Assecraturio navium, si sit facta in forma amplissima
 se obligando ad omne risicum, & periculum, per quod
 possit impediri transportatio ad locum conventum, nul-
 lum casum excludere videtur, adeoque assecrans non
 poterit se excusare, quod merces non sint deperditæ; sed
 21. **ERRATA BIBLIOTHECÆ. TOM. I.**

alibi ex facto principis asportatæ. Rota, part. 6. recent.
 21. **decis. 24. per tot.**

Assecrator non potest consequi integrum pretium as-
 22. **securationis, si naves totum iter non fecerint, ejusque in-**
 23. **tegrale periculum non subierint. Rota, part. 18. tom. 2.**
 24. **decis. 448. n. 5. Immo pretium assecurationis præventi-**
 25. **vè solum, restitui debet, retento aliquo, si navis totum**
 26. **iter destinatum non fecerit, sed modicum. Rota, p. 18.**
 27. **tom. 2. decis. 713. num. 1. & 9. Assecrationis enim cau-**
 28. **sa unice consistit in periculo itineris, quo cessante sine**
 29. **culpa partium, deficit assecraturio, ita ut pretium corres-**
 30. **pondens non debeatur, vel solum restituatur. Rota,**
 31. **ibi, n. 3. & 6. Competit tamen retentio medii scuti pro**
 32. **quolibet centenario tanquam pretium proportionatum**
 33. **pro modico periculo. Rota, ibi, n. 9.**

Vox assecraturionis non uno sensu accipitur; nam
 24. **& dotis restituendæ securitatem ac indemnitate assecu-**
 25. **rationem vocari tradit Anton. Fab. in cod. lib. 5. tit. 7.**
 26. **defin. 2. & 3. Salvum conductum eodem vocabulo desig-**
 27. **nat de Franch. decis. 717. & ibi Rovit. in addit. Quin**
 28. **voce ita usu recepta omnes securitates seu cautiones veni-**
 29. **unt (tit. 12. & 13. part. 5. leg. 10. post med. tit. 33.**
 30. **part. 7.) Hic verò pro negotio illo accipitur, quo quis**
 31. **mercium alio transvehendarum periculum suscipit.**

De definitione assecrationis non conveniunt inter se
 27. **Doctores. Non malè ea definitur à Kuricke in distribut. 28**
 28. **de assecuratione in principio. Conventio qua quis periculum**
 29. **trajiciendarum, vel alio terra marique vehendarum mercium,**
 30. **vel etiam navis ipsiusmet, & indemnitate eo nomine præ-**
 31. **stationem in se pro certo periculi pretio, sive præmio recipit.**
 32. **Alia enim est assecraturio terrestris, quæ fit ratione**
 33. **rerum & mercium, quæ per terram alio transvehuntur,**
 34. **licet rara; alia maritima, quæ merces per mare veniunt,**
 35. **licet raris, alia maritima, quæ merces per mare veniunt,**
 36. **licet raris, alia maritima, quæ merces per mare veniunt,**
 37. **licet raris, alia maritima, quæ merces per mare veniunt,**
 38. **licet raris, alia maritima, quæ merces per mare veniunt,**
 39. **licet raris, alia maritima, quæ merces per mare veniunt,**
 40. **licet raris, alia maritima, quæ merces per mare veniunt,**

Utrum assecraturio contractus sit nominatus an inno-
 31. **minatus magna quæstio est; Stygman. de jur. marit. part.**
 32. **tit. 4. c. 7. à n. 159. tenet, assecurationem esse contrac-**
 33. **tum nominatum. Contra assecurationem contractum esse**
 34. **inominatum voluit Santernen. de assecr. p. 1. n. 7. Rut-**
 35. **ger. Roland. de commiss. part. 2. lib. 2. c. 15. n. 5.**

Effectus hujus quæstionis præcipue in eo secundum
 34. **35. 36. 37. 38. 39. 40.**
 35. **36. 37. 38. 39. 40.**
 36. **37. 38. 39. 40.**
 37. **38. 39. 40.**
 38. **39. 40.**
 39. **40.**

Quid nomine periculi in hoc contractu veniat cum
 38. **primis videndum. Periculum quo existente committitur**
 39. **assecraturio est, ut rectè ait Henricus Cocceji ad Grot. de**
 40. **Jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 12. §. 23. casus fortuitus**
 39. **incertus, quo extrinsecus damnum mercibus accidit,**
 40. **quale est quod à tempestatibus, piratis, incendiis, scop-**
 39. **ulis & c. meruitur. Nec soliti tantum, sed & insoliti om-**
 40. **nino continentur, licet dissentiat Marquard. de Mercat.**
 39. **lib. 2. c. 13. n. 66. Hinc primo rectè videtur sentire Sa-**
 40. **vary in suo perfedo negotiatiore, judicio 60. quod etiam**
 39. **periculum susceptum sit sans aucune exception, & reser-**
 40. **vee quelconque: nihilo tamen secius P Assureur (sunt ejus**
 39. **verba) n' est point tenu de la baratterie de Patron; ni**
 40. **obligé d'indemniser P assureur du vol qu' a fait le Maître**
 39. **de Navire des Marchandises assurées. La raison est, que**
 40. **la baratterie de Patron ne peut passer pour cas fortuit**
 39. **Hh qu'**

quod à P egard du Bourgeois du Navire : quidquid in contrarium moliar Kuricke in allegata diatriba de Assescuracione sub initium.

41 Secundo nec periculi nomine venit quod intrinsecus ex ipsa mercium conditione natura vitio accidit. Neque enim (opportuno Henric de Coceji ubi supra) damno sunt quae aliunde mercibus allata, sed ex ipsis nata sunt, nec pericula itinerum, sed vitia mercium. Quin hi casus non in eis semper incerti sunt, sed fere à peritis prospecti possunt, etsi alios lateant; immò causa horum casuum in ipsis mercibus jam tum & quasi ab initio existit: Quinimò laudatus Auctor tenet, non valere pactum assecurationis adjectum, ut praestentur hi quoque casus intrinseci, idque quia contractus hic, qui ratione tantum periculi illius incerti, & futurorum eventuum permittitur, hoc pacto usurarius evadere.

42 Tertio nec valet assecratio, quae concepta est in praeteritum vel praesens, puta si navis in itinere perierit, dabo, quum periculum non amplius sit rei jam praeteritae, nec casus, aut eventus nisi in futurum: Confer Mastrill. dec. 284. n. 56. & plur. sequent.

43 Idque sive ignota, sive & multo quidem magis nota fuerit res illa praeterita. Num autem data ignorantia rei praeteritae conventio haec, si valere nequeat uti assecratio, saltem valere possit uti sponsio, vel alius contractus innocuatus, consule Henric de Coceji loco mox allegato.

44 De periculo etiam illud discutiendum est, utrum daret de portu in portum, an de litore in litus. Nisi autem contrarium expresse conventum sit, vel moribus earum gentium obtineat, periculum de portu in portum durat. Quo fit, ut si forte vis maris aut piratarum in ipsam portum effundatur, damnumque dederit; tenebitur assecrator, licet nauta nondum à portu solverit; non item si merces quoniam immitti in navim deberent in litore posita sunt, atque à mari hausta vel à piratis raptae: Adi Henricum de Coceji ibidem.

45 De praemio nihil certi defini potest, sed uti navigatio longinqua vel brevis, & loco pluribus periculis obnoxia sunt, ita hoc praemium extenditur vel remittitur, Stypmann. de jur. marit. part. 4. cap. 7. n. 354. & plur. sequent. Henric de Coceji loco toties citato, ubi & de conditionibus, quae praemio adijci possunt, illudque vel augent vel minuunt, disserit.

46 In computando damno, cujus loci & temporis aestimatio inspicenda sit, non incongrue hic quaeritur. Juxta autem naturam contractus nullius certi loci, vel temporis aestimatio spectanda est, sed quanti merces emptae fuerit. Id enim ex natura assecurationis agitur, ut indemnitas servetur assecratoris, nequaquam vero ut lucrum capiat, Henricus de Coceji in docta disput. de Assescuracione §. 49. Aliud vero contrahentes convenire possunt, quod exemplis illustrat Samuel de Coceji ad Grotium Jur. Belli, & Pacis lib. 2. cap. 12. §. 23. Omittendum vero haud est, quod statutum illud Geneuense, ut mediate itineris pretia distinguantur, & loci unde solvitur pretium spectetur, si medium iter nondum emensa navis fuerit, alias autem ejus loci in quem iter dirigitur, communiter receptum est; Coren. rer. judicat. observ. 41. in not. ad n. 4.

47 Formulas hujus contractus exhibent Scaccia de commercio §. 1. quest. 1. n. 141. Marquard. lib. 12. cap. 13. n. 68. aliique.

48 De actione competente assecrator ad obtinendum valorem mercium, & assecratori ad habendum praemium, tum de tempore quo ab utroque sua actio institui potest, plene Stypmann. de Jur. marit. part. 4. c. 7. d. n. 426. ad plur. sequent. Idem quoque Auctor eodem loco disputat & de exceptionibus, quae utrique, tam assecrator quam assecratori competunt.

49 Quoniam in antiquis legibus circa materiam assecurationis nihil speciatim dispositum, quaeri solet, ex quibus legibus de ea judicandum. Kuricke in diatriba de Assescuracione, & Strykius juridic. dissert. tom. 13. sect. 3. c. 5. §. 30. ajunt, recurri ut plurimum ad consuetudines Bursae Antuerpiensis, vel etiam Amstelodamensis, ordinationesque illas quas Philippus II. Hispaniarum Rex suis maritimis ordinationibus adnexuit, ut & Amstelodamensium ad hoc condita plebiscita, nisi quae civitas suas

leges vel consuetudines habeat. Quod ait Auctor n. 15. de astrologia merx nuga sunt, ideoque corrumpunt consuetaria proposita.

Ceterum qui plenus instrui cupit de hoc assecurationis contractu, legat quas de eo vulgarent dissertationes Hertius, Kuricke, & qui primo loco nominandus erat Henricus de Coceji, tum ad eam Marquard. de Jure mercator. 1. 2. tit. R. & S. Stypmann. de Jure marit. part. 4. c. 7. la Placete de Restitucione lib. 4. c. 15. aliosque.

(Rationi & juri consentanea multa ab Auctor. tenentur, & explicantur. Quamvis per leg. 8. tit. 2. 3. tit. 3. 8. 22. & 23. p. 5. vide add. hisp. verb. Locatio, vers. Compellendum: notetur solummodo, quid hic etiam convenit) super doli, culpa, & casus fortuiti in contractibus praestatio sit definitum, de quo suis locis tractabitur: & jure hispano per determinatum tit. 25. lib. 4. For. Reg. tit. 9. p. 5. leg. 1. 2. 3. 4. 5. & 10. tit. 12. lib. 8. Ord. Reg. cum tit. 10. lib. 7. Recop. Cast. ac leg. 49. in fin. tit. 28. p. 3. directè ad rem nil pertinatur; nihilominus harum decisionum congruentia rejici in praesenti nequit.

Sicut arces, & praesidia munire, vigiliis, aut cibariis abundare, milites & arma providere ad propugnaculum, eorum Praefectus tenetur: leg. 8. tit. 20. part. 2. 3. 4. 5. 7. & 12. tit. 5. lib. 6. Recop. Cast. tit. 5. 6. 7. 8. & 9. lib. 3. Ind. ita omnia ad viaticum necessaria nauticlerici, aut navium magistri habere parata devinciantur, leg. 1. tit. 9. p. 5. per tot. tit. 35. lib. 9. Ind. adeo ut si his omnibus non paratis, seu propter imperitiam, eorumve calliditatem aliquis casus evenierit, sunt ad deperditarum rerum restitutionem praeter alias penas compellendi: leg. 9. & 10. tit. 9. p. 5. leg. 9. tit. 10. p. 7. ideo oneris inventarium debet praecedere: equum tit. 33. & 34. lib. 9. Ind. conducti debet praenotare eorum, conventiones inter onustarum rerum dominos, ac inter nauticarios factas esse servandas, damnum isdem rebus levandae navis causa expulsis, omnibus juxta portionem in navibus immissam fore commune: vid. praeter relatas, leg. 21. tit. 38. leg. 10. 20. 42. & 43. tit. 39. lib. 9. Ind. non secus ac quando malus vel antenna praeside debet scindit leg. 2. 3. 4. 5. & 6. tit. 9. p. 5. vel aliquid pyratis pro navis, mercium, & personarum recuperatione traditur: leg. 12. ejusd. hoc tamen discrimine, quod dum res aliqua gratia levandae navis in mare jactantur, homines nil habentes ab aequa, vel rata illa distributione liberi manent: à redemptionis impensis non autem, si totum fuerit navigium redemptum: nam à pyraticam autem exercitibus singularibus rebus ablati, eorum dominum taxat praerudicium irrogatur, non ceteris in navi existentibus; omnes res in maris litore inventas dominorum permanere juris est compertissimum, pariformiter ac eas, quae forte aut necessitate quocumque loco relinquuntur: deficit animus derelinquendi, causa propter quam primo occupanti concedi videbatur, leg. 49. & 50. tit. 28. p. 3. quod multis jam retrò temporibus cessavit, quare eorum sententia non est sustinenda, qui asserunt, quocumque, divitiis, aut ejus paupertate attentis, si aliquis rem propriam absolute deserat, eam à se abjiciendo, post factam diligentem inquisitionem & nemo, qui illam repetat, se praesentet, eandem retinere ac posse in pios usus convertere; si aliquandiu haec obtinuit sententia, hodie ingredi nequit quoniam quin confiteatur non potest sub nomine bonorum quorum dominus non appareat, vulgo Mostrencoo, comprehendit, idcirco ad alium quam ad regium fiscum res sic derelictae pertinere non valent. Vid. add. hisp. verb. Cadaver, prop. fin. verb. Dominium, verb. Emptio, vers. Thesaurus: verb. Restitutio, vers. Pertractatur: verb. Successio ab intestato, vers. Non potest: videantur leg. 2. tit. 13. lib. 4. For. Reg. 1. tit. 12. lib. 6. Ord. Reg. 6. 7. & 8. tit. 13. lib. 6. Recop. Cast. in eisque est quoque praeventum quid post similitum rerum inventionem fieri debeat, conducat leg. 22. & 23. tit. 38. lib. 9. Ind. ubi norma assignatur procedendi in rerum deperditarum recollectione.

Praecedentibus animadversis, tantum superest, quae per Ordinationes Regis Catholici D. D. Philippi II. quarum in fine additionis num. 56. Auctor meminit, dispositio

ta inventuntur, hic inserere, certe ad rem magis quam supra recensita, etsi eorum scientia multum prosit.

Ut aliquod dignoscatur, advertere erit necessarium quae personae huic obligationi poterunt consensum praestare: quae res in similem contractum deduci: quae, assecuratione facta, comprehendit, & usque ad quod tempus valebit hujusmodi pactum extendi.

Omnes contrahendi facultatem habentes, per se aut per alios, dum mandatum ante Priorem & Consules hoc in casu exhibetur, sufficiensque arbitretur, assecurationis contractum, proxenitis vulgo Corredores exceptis, inibunt: isti vero neque per se, alieno nomine, neque alius pro ipsis sub officii privationis, ac marpetinorum triginta millium penna similia pericula in se suscipere debent; leg. 1. & 4. tit. 39. lib. 9. Ind.

Res, praeter tormenta militaria, vulgo Artilleria, ad instructionem navis necessaria, latine aplustra, sermone hispano Aparejos y Arboladura, ejusque corpus, patrio idiomate el Casco, nullis aliis ab hoccine contractu excipiuntur: nisi in cujusque navigii atque ejusdem corporis duabus partibus fiat assecratio: & tunc eadem pro tempore in profectioe vulgo Ida inverso: in redditu vero vulgo Vuelta secundum facultatem à Priore, & Consulibus concessam; leg. 5. & 6. ejusd. tit. & lib. erit in obligatione quod oneris inventario scriptum reperitur: pacta ad unguem erunt observanda: licet de mercibus interponatur conventio, animalia, mancipia, naula vulgo Fletes, ceteraque supra excepta non continentur: si in instrumento assecrationis lingua vernacula Poliza litteralis mancipiorum utriusque sexus detur expressio, non excepta, comprehenduntur; leg. 33. 36. & 46. dict. tit. & lib. periculum susceptum, pretio non soluto, haud sustinetur, & in americanis assecrationibus intra duos menses debet satisfieri: leg. 11. eod. quod quidem periculum tum incipit currere ex quo coepit navis onerari atque incolumes in portum res fuerint appulse; leg. 37. 38. 44. 47. 48. 49. 50. 53. & 54. eod. damna obvenientia distinguenda, si extrinseca, scilicet procellarum, fluctuum, ventorum, ignis, inimicorum, aliorumque similitum casuum vi, teneatur assecrator, non vero ad intrinseca ex rei vitio supervenientia, videlicet si vinum fiat acetum, aut merces corruptantur, seu per dolum navarchi contingerit; leg. 42. supradict. tit. & lib. vid. sup. leg. 21. tit. 38. cum ceteris ibi notat.

Denique firmum manere nequit securum, si tempore, quo contractus perficitur assecrationis, de jactura, aut navi naufragium passa possit assecrator constare; leg. 7. eod. tit. & lib. sed nullo vitio laborante securo, duobus de viginti mensibus post ejus celebrationem transactis, ut pote navis pro amissa constetur, praemium exigi poterit l. 8.

Ad aliquantum qualitatibus hujus contractus cognitionem praedicta sufficiant; aliqua alia in eodem titulo notantur: methodus, qua instrumentum assecrationis vulgo Poliza est conficiendum, praescribitur: quando damna suborta assecratoribus nota fieri debeant, proponitur; verum, ut ulterius cetera producerentur, ordinationes Consulatuum praemanibus habendas pro certo judicatur: insuperque cum decisionibus dict. tit. 39. lib. 9. Ind. necessario conferendas, necne aliqua notabilia in medium proferantur; revera, nec satis temporis adest, ultra vires negotium, alioque opus persequens ingenio.)

ASSISTENTIA, ASSISTERE.

SUMMARIUM.

- 1 ASSISTENTIA Episcopo faciendae est juxta ceremoniale.
- 2 Assistentia cum pluviali, à Dignitate prima, vel primo Canonico est Episcopo faciendae, etsi unica fuerit dignitas, ad n. 4.
- 3 Quando duorum Canoniorum, & quo ornatu, ad n. 8.
- 4 Qui praferantur in assistentia, & pacem prius accipere debeant, ad n. 12.

13 Quae actiones assistentibus in competenti respondeant, ad n. 25.

26 Distinctio in agendo magna notatur inter assistentes, si sunt dignitates, Canonici, Diaconi, aut Subdiaconi, dum celebrat Episcopus, aut Suffraganeus, ad n. 36.

37 Circa assistentiam Episcopo faciendam caeremoniale romanum est servandum, ad n. 38.

39 Supplementa Auctoris subducuntur, ad n. 41.

42 Additiones ex aliena manu, ad n. 45.

ASSISTENTIA Episcopo faciendae est juxta caeremoniale; S. Congr. Rit. in Legionen. 1. Junii 1601. Assistentia cum pluviali Episcopo celebranti faciendae est à prima dignitate, vel à primo Canonico in ordine presbyterali constituto, quocumque nomine appelletur, sive Archidiaconus, sive Archipresbyter, sive Decanus; Sac. Rit. Congr. in Reatina 10. Januar. 1609. & in Vercellensi 7. Aug. 1610. Et quamvis prima dignitas sit unica, teneatur ad praestandam hanc Episcopo assistentiam, & recusans potest cogi pennis, & censuris ecclesiasticis; ead. Sac. Congr. in dict. Reatina 10. Januar. 1609. & in Calaguritana 12. Decemb. 1620. Et dum est in assistentia apud Episcopum, intelligitur praesens in choro, tam in ecclesia cathedrali, quam in alia ecclesia; ead. Sac. Congr. in Camerinsensi 15. Martii 1608. Assistentia duorum Canoniorum semper convenit Episcopo, sive celebret, sive divinis officii assistat; ead. Sac. Congr. in Granatensi. 10. Martii 1608. maxime quando est paratus, ut in Saonen. 21. August. 1704. & in Esina 20. August. 1602. Et hoc intelligitur de Episcopo loci Ordinario tantummodo, ut in Casarugustana 9. Maji 1606.

Et haec assistentia duorum Canoniorum hinc inde faciendae est Canonici praebendae diaconalis; illis deficientibus à Canonici praebendae subdiaconalis, & etiam illis deficientibus, ab ultimis Canonici presbyteris; eadem Sac. Congr. in Saonen. 17. Julii 1606. Assistentia, quae fit ad missam, & vesperas, faciendae est cum pluviali; ead. Congr. 4. August. 1602.

Assistentes Episcopo Diaconi, & Subdiaconi omnibus aliis praeferruntur; Sac. Congr. Rit. in Capuaequen. 18. Maji 1608. Unde assistentes licet minus dignitate assistentia inter dignitates thurificatur & accipiunt pacem; ead. Sac. Congr. in Cremensi. 28. Sept. 1602. & in Nolana 23. Maji 1603. & in Bracharen. 19. Jun. 1609. Immo Canonici parati assistentes Episcopo praecedunt Vicarium generalem, & sunt ante ipsum thurificandi; ead. Sac. Congr. 6. Mart. 1610. Et sic post Episcopum, etiam ante magistratum, quamvis sit de majoribus; ead. Sac. Congr. in Patavo. 12. Mart. 1602. Assistentes Canonici supervenientibus dignitatibus, vel Canonici dignioribus, debent discedere, & locum assistentiae digniorem cedere dignioribus, secundum consuetudinem, & usum capellae papalis; ead. S. Congr. in Asten. 18. Nov. 1606. & in Ferrarien. 20. Jun. 1609. Assistentes dignitates, & Canonici, vel aliquo modo Episcopo solemniter celebranti inservientes, nullo modo tenentur genuflectere; ead. S. Congr. in Monopoli. 15. Decemb. 1632. Canonici duo assistentes Episcopo debent eligi ex numero Diaconorum, quando praebendae sunt distinctae; ead. Sac. Congr. in Nolana 4. Maji 1603. Assistens Presbyter, sive dignitatis, sive Canonici, & non Diaconus evangelii debet Episcopum thurificare; ead. Sac. Congr. in Placentina 19. Maji 1607. Non convenit, ut Episcopo in vespere decantandis per aliquam ex dignitatibus cathedralis stante penuria sacerdotum, admittat pro assistentibus cum pluvialibus Clericos in minoribus constitutos, etiam in solemnioribus festivitibus; ead. Sac. Cong. in Casertana 18. Sept. 1632.

Assistere tenetur Episcopo celebranti Decanus, seu prima dignitas, & duae aliae dignitates, vel Canonici praeter Diaconum, & Subdiaconum ministros, qui cantant evangelium, & epistolam, & sic assistere debent digniores & honoratiores; Sac. Congr. Rit. in Calaguritana 10. Julii 1601. & postea in Jacens. 1609. & in Reatina 10. Januar. 1604. & in Vercellensi. 7. Augusti 1610. Canonici tenentur Episcopo assistere non modo in cathedrali, verum etiam in quibuscumque civitatis ecclesiae, ad quas

18

19

20

21

22

23

24

ad publicas, vel solennes episcopales functiones exercendas Episcopum ire contingerit; ead. Sac. Congr. in Typhernaten. 5. Julii 1603. in Calamantina 19. Januar. 1604. in Granaten. 9. Maji 1606. & in Elboren. 7. Julii 1612.

20 Dummodo tamen in cathedrali numerus sufficiens Canonorum, & ministrorum remaneat, & officium, ac servitium chori non deservat; ead. Sac. Congr. in Lamacen. 17. Martii 1607. & in did. Elboren. 7. Julii 1612.

21 Secus si ad private celebrandum accesserit ad alias ecclesias, quia tunc Canonici cogi non poterunt ei assistere; ead. Sac. Congr. in dida Typhernat. 5. Jul. 1603. Immo Episcopo missam private celebranti, neque in cathedrali tenentur Canonici assistere, ut resolutum ait Scipio de Rubis verb. Assistentia n. 3. & Machado lib. 4. par. 5. tracl. 2. n. 3. in fin. & quatenus Episcopo in his missis privatis inserviant, non gaudet distributionibus, ut censuit Sac. Congr. Concilii 17. Marr. 1619. Nisi tamen ex consuetudine ecclesie assistere tenerentur, quia talis consuetudo esse observanda; & Canonici assistentes non amitterent distributiones quotidianas, ut censuit Sac. Congr. Ritum in Lamacens. 25. April. 1608. Ad Dignitates & Canonicos cathedralis, si adsint, pertinet assistere Episcopo pontificaliter celebranti, etiam in ecclesia collegiata, vel parochiali, non autem ad Canonicos collegiatos, vel presbyteros parochialium, etiam si numerus alioquin sufficiens sit presbyterorum; Sac. Rit. Congr. in Calaguriana 1. Jul. 1601. & in Bonon. 20. April. 1602. & in Brundisim. 15. Jul. 1617. & in Interiens. 2. Augusti 1631. Quod etiam procedit, quando Episcopus celebrat, aut missa, aut vesperis solemnibus quacumque ex causa interest in ecclesiis exemptis, & Sedi Apostolicæ immediate subiectis, intra fines tamen suæ diocesis existentibus; Sac. Rit. Congr. in Alexandrina S. Petri in Borgolio 7. Februar. 1604. Secus autem respondit eadem Sac. Rit. Congr. in Camerin. 3. Aug. 1726. apud Pitonum p. 4. disceptat. 149. ubi ex multis probat talem assistentiam præstandam esse Episcopo à Canonicis cathedralis solum quando capitulariter interveniunt, non autem quando ut singuli. Vide Pitonum l. c. ubi ex Rota, Pignatelli, Card. de Luca, & pluribus aliis multa habet ad rem.

26 Canonici, qui assistunt Episcopo cum cappa, non tenentur ei ponere, & deponere birretum, sicut ei tenentur ponere, & deponere Mitram; Sac. Rit. Congr. in Saonen. 21. Augusti 1604. & in Laud. 5. April. 1620. ubi pro parte Capituli cathedralis positum fuit à Sac. Rit. Congr. declarari: "An in provincia mediolanen. sit laudabilis ea consuetudo, ut Episcopo cum cappa sedenti ad sedem suam caput operari, & cooperari ab altero ex Diaconis assistentibus, & eo casu ad quem spectabit: Sacror. Rituum Congreg. audita relatione Eminentissimi Cardinalis Bellarmini, respondit, birretum debere Episcopum sibi per se extrahere;" Et in Thesina, ubi positum fuit à Sacrorum Rituum Congregatione responderi: "An Episcopo assistenti divinis officii cum cappa Canonici debeant deponere, & ponere birretum in capite Episcopi; & an isto casu debeat assistentia Canonorum?" Ead. Sac. Congr. sub die 22. Decemb. 1629. respondit. nihil deberi de prædictis Episcopo; Et eadem Sac. Congr. in Interiens. 21. Augusti. 1632. censuit "neque dignitates, neque Canonicos assistentes Episcopo negere, & detegere, quando assistit divinis cum cappa, & birreto." Canonici duo Diaconi assistentes, & non Presbyter assistens, debent elevare firmam pluvialis hinc inde, dum Episcopus progreditur, & thurificat Altare; Sac. Rit. Congr. in Placentina 19. Maji 1607. in responsi. ad 7. Canonici assistere debent Episcopo, quando facit ordinationes, tam si faciat cum missa solemnem, quam si faciat cum missa privata; eadem Sac. Congr. in dida Placent. in responsi. ad 3. dub. Diaconi assistentes non tenentur, immo non debent inservire Archiepiscopo de bugia, seu candelâ, sed ea administranda esse per Capellanum. Et non possunt cogi Canonici ad inserviendum Archiepiscopo in missis privatis præter consuetudinem; Sac. Rit. Congr. in Ragulina 15. Martii 1638.

31 Canonici tenentur assistere suffraganeo quando nomine proprii Episcopi functiones Episcopales exercet; Sac. Congr. Rit. in Bracharen. 21. Febr. 1684. Eadem enim

obsequia præstanda sunt Episcopo delegato, quæ præstari debent deleganti; ead. Sac. Congr. in d. Bracharen. 29. Marr. 1604. Canonico duorum assistentiam habere non debet Episcopus suffraganeus ultra Diaconum, & Subdiaconum, qui sunt cantuari evangelium, & epistolam, sicut habet proprius Episcopus; Sac. Rit. Congr. in Brachar. 1. Septemb. 1607. Nisi consuetudo antiqua id permittere, ut fuit consideratum in Toracon. 7. Julii 1612. Canonici, & dignitates omnes non debent assistere parati, quando Episcopus suffraganeus solemniter celebrat, sed in habitu ordinario, sicut & quando facit ordinationes, consecrationes, vel alias similes functiones pro Ordinario, quo casu illi tantum debent accipere paramenta, qui sunt necessarii in ministerio; eadem Sac. Congr. in d. Bracharen. 1. Septemb. 1607. De primo ad ultimum circa assistentiam faciendam Episcopo à dignitatibus, & Canonicis servandam esse ceremoniale remanum, ut expressè monuit Sac. Congr. Rit. in Vison. 27. Junii 1605. Prout etiam circa alia omnia servari debere censuit ead. Sac. Congr. in Alex. 15. Martii 1608. & in Mexicana 4. April. 1620. Qui assistit in choro missa conventuali, non potest portare pilcolum per totum canonem: in aliis vero divinis officiis uti potest; Sac. Rit. Congr. 5. Novemb. 1602.

39 Assistentia matrimonii non temere deleganda sacerdotibus extraneis, qui non sint contrahentium patrum, Benedic. XIV. tom. 1. constit. 85. incip. Nihilum §. 9. & 12. Talis delegandi facultas admittit Nuntio Apostolico in Polonia commoranti. Idem ibid. §. 16. Assistentia matrimonio non inducit cognationem spirituales. Idem constit. 89. incipien. Inter §. 17.

40 De assistentia præstanda prima dignitati post pontificalem solemniter in festivitibus majoribus celebranti nec verbum facit Auctor. Paucis tamen de ea disserendum.

41 Et assistere omnino debent duo Canonici, alter quæ Diaconus, alter quæ Subdiaconus, ut ex Ceremoniali Episcoporum lib. 2. c. 17. firmavit Rot. cor. Molin. decis. 920. n. 12. & cor. Kaunitz decis. n. 4.

42 Dubitasse autem videtur idem Sac. Tribunal in Tentina Præconventuarum 12. Februar. 1748. §. 8. cor. Reverendiss. Bussio, num id obtineat in collegiatis non insignibus, pro certo autem habuit, locum sibi non vindicare in collegiatis etiam insignibus, in quibus Canonici ex peculiari lege omnes haud habent ascendendi ad sacros ordines, ut videre est in d. §. 8. tom. in §. sequenti. Quinimmo censuit, nec sufficere, quod aliqui de Canonici omnes hoc ascendendi ad sacros ordines habeant, hoc enim (sunt verba §. 10.) interverteret opportunam æqualitatem, quam in ecclesia Dei summo opere servari debet, dum Canonici Presbyteri obnoxii continè reperirentur oneri ministrandi quod ceteri Canonici veluti præbenda dumtaxat provisi nullo unquam tempore subirent."

ASTROLOGIA, ASTROLOGUS.

SUMMARUM.

- 1 Astrologia duplex, ad n. 4.
- 5 Astrologia naturalis, una est septem artibus liberalibus, non est prohibita, ad n. 10.
- 11 Astrologia judiciaria superstitiosa est, ac prohibita, ad n. 22.
- 23 Et peccant lethaliter hujusmodi Astrologi, ad n. 25.
- 26 Et qui ad eos recurrunt, ad n. 27.
- 28 Pene contra utrosque indicat, ad n. 37.
- 31 Et contra Ægyptianos, ac Zingaros, ad n. 40.
- 41 Astrologi, qui vera dicunt, magis cavendi, quam qui falsa.
- 42 Additiones ex aliena manu, ad n. 46.

ASTROLOGIA est duplex, una est Naturalis, quæ etiam dicitur Astronomia, & altera est Judiciaria, quæ retinet nomen astrologiæ: Astrologia naturalis est illa, quæ ex astrorum, maxime planetarum ortu, occasu, conjunc-

junctione, oppositione, varioque aspectu tum inter se, tum ad stellas fixas de futuris elementorum affectionibus conjectat ea, quæ naturaliter contingunt, & sic prædicit eclipses, pluvias, siccitates, mörbos animalium, pestes, salubritates, frigora, calores, grandines, ventos, & alia hujusmodi, quæ à caelo pendunt. Astrologia Judiciaria est illa, quæ ex aspectu, situ, motu, ac positione astrorum, & planetarum eventus in particulari in libera hominis voluntate aliquo modo pendentes prædicit, ut de conditione vite, & matrimoniis, de liberis, honoribus, infirmitatibus, divitiis, præliis, exilio, carcere, morte, & aliis hujusmodi casibus humanis. Interdum hujusmodi iudicia facit de præteritis, & presentibus occultis, ut revelando quis sit hojus parens, quis furtum, vel homicidium commiserit, & hujusmodi; sic Doctores communiter.

5 Astrologia est una de septem artibus liberalibus, quia non solum ordinatur ad intelligere, sed etiam ad alias operationes; Tabiena verb. Ars n. 2. & fit per motum, & situm astrorum, Tolet. Summ. lib. 4. c. 15. n. 5. & expressè inter ipsas artes liberales enumeratur à Doctores, ut patet in sequentibus versibus de omnibus artibus liberalibus, quos refert Hostiensis in Summ. tit. de Magistris §. quam sententiam, Ambrosius de Vignate q. 6. de Hæres. Nicol. in Floscul. verb. Ars, & alii, prout sequitur: Grammatica Quidquid agunt artes, ego semper prædico partes.

6 Dialectica Me sine Doctores frustra coluere sorores. Rhetorica Est mihi dicendi ratio cum flore loquendi. Musica Invenire locum per me modulamina vocum. Geometria Rerum mensuras, & rerum signo figurat. Arithmetica Explico per numerum, quæ sit proportio rerum.

7 Astrologia Astra, viasque Poli vindico mihi soli.

8 Astrologia naturalis non est prohibita nec à Sixto V. nec à Urbano VIII. quia, ut patet in eorum constitutionibus infra adducendis, non prohibetur Astrologia iudicantis temporum mutationem, ubertatem, sterilitatem, pluvias, grandines, ventos, & hujusmodi, & ex constellationum influxu in nativitate hominis ejusdem inclinationes naturales, temperamentum, & ea, quæ ad sanitatem pertinent iudicantis, & actiones in genere, quia hæc naturaliter ex astris cognosci possunt, ut de facto D. Gregorius Nazianzenus ex physiognomia Juliani sui discipuli ejus pravi animi affectus conjectit, orat. 48. in Julianum his verbis: "Neque enim mihi boni quidpiam significare, atque ominari videbantur cervix non stata, humeri subsaltantes, & ad æquilibrium subinde agitati, oculus insolens, & vagus, vultus lineamenta ridicula &c." Est tamen naturalis magna ex parte incerta, & parum utilis, excepta ea parte, quæ sumitur ex ortu, occasu, aspectu, & calore Solis, ac Lunæ, nam virtus reliquorum astrorum est valde obscura, & omnis experientia, quæ de illis haberi potest, incerta, ut solide demonstrat Lessius lib. 2. cap. 43. de superstitione dubitat. 6. num. 33. adducens Joannem Picum, qui lib. 2. contra Astrologos cap. 9. ait, ex 130. prædictionibus nobilissimæ cujusdam Mathematici de mutatione cæli; & astræ, se adhibita accurata observatione, tantum 7. veras deprehendisse, idque jure jurando confirmat. Et similes prædictiones tanto magis erunt incertæ, si de temperamento, inclinationibus, propensionibus, & moribus hominum fiant ex astris, & hora nativitatis eorum, ut patet in geminis simul editis, qui sæpe diversissimas habent inclinationes, temperamenta, mores, & eventus, ut patuit in Esau, & Jacob. Unde dicit Lessius loc. citi. num. 34. quod mera amentia est aspectu syderum, qui tempore nativitatis viget, velle de temperamento, vel inclinationibus prolis iudicare; licet tamen, ut sibi subjungit, hoc iudicium, si ulterius non procedat, sed sistat in naturalibus effectibus, & temperamento, non sit damnatum per canones, aut leges, sed permittatur, sicut multa alia frivola, quæ per se noxia non sunt, permittuntur.

11 Astrologia Judiciaria prædicens eventus pendentes ex libera hominum voluntate, aut casus fortuitos, est superstitiosa, & omni jure prohibita; ac proinde usus illius est peccatum mortale; habetur clare ex Scriptura; Leviticus

enim 19. n. 31. sic præcisè cavetur: Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos; & Deuteronomii c. 18. n. 14. dicitur: Gentes istæ, quarum possidebitis terram, augures divinos consulunt, tu autem dixerit à Domino Deo tuo institutus es; ubi per Augures intelliguntur Astrologi, ut docet Lessius l. c. n. 35. & colligitur aperte ex Isaiâ cap. 47. n. 13. Stent, & salvent se Augures Cæli (id est secundum 70. Astrologi cæli) qui contemplantur sydera, & supputabant menses, ut tibi vera prædicerent, maxime Astrologia Judiciaria, cui præ ceteris nimis fidebant Chaldæi, & in penam, ut subjungit Isaias, ignis combusit eos; id est, ut explicat Tiranus hic vers. 14. omnes Astrologos, & Augures, & Ariolos. Unde ad refutandas horum astrologorum falsas prædictiones, sic agebat Jeremia c. 10. n. 2. A signis cæli nolite metere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt; falsum est enim quod à stellis, ut certis, & fatalibus signis, omnia præmonstrant, ut censent Astrologi Judiciarii; sic Tiranus hic vers. 2.

12 Habetur etiam expressè ex utroque jure, damnatur enim Astrologia Judiciaria in lib. 2. §. 7. Cod. de Maleficiis, & Mathematicis, ubi jubentur puniri Astrologi Judiciarii eodem modo, quo Jubentur puniri Astrologi Mathematici, & alii Magi; & cap. Illud, & cap. Sed & illud q. 2. caus. 26. §. cap. Non liceat q. 5. eadem caus. 26. Et præcipue consuetudine incipit Cæli, & Terræ Creator, edita à Sixto V. 1586. 5. Januarii contra istos Astrologos Judicarios, ubi sic præcisè habetur: "Nos igitur &c. damnantes, & reprobantes omne genus divinationum, quæ diabolo auctore ad infidelium deceptionem, à prædictis curiosis, vel perditis hominibus fieri solent, & hæc perpetuo, & valitura constitutione apostolica auctoritate statuimus, & mandamus, ut tamen contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscumque dicitur Judicariæ astrologiæ partem præterquam circa agriculturam, navigationem, & rem medicam imposterum exercentes, aut facientes iudicia, & nativitates hominum, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentes aliquid eventuum affirmare audent, etiamsi id non oerto affirmareasserant, & protestentur &c. tam Episcopi, & Prælati, Superiores, ac alii Ordinarii locorum, quam Inquisitores hæreticæ pravitatis &c. diligentius inquirent, & procedant." Et alia constitutione incipit. Inscrutabilis iudiciorum edita ab Urbano VIII. 31. Marti. 1631. ubi postquam confirmat dictam Sixti V. constitutionem etiam contra Astrologos Judicarios, subdit: "Et insuper omnibus, & quibuscumque laicis cujuscumque sexus, conditionis, status, gradus, qualitatibus, & dignitatibus etiam marchionalis, vel ducalis existentibus, qui de statu reipublicæ christianæ, vel Sedis Apostolicæ, sive de vita, aut morte Romani Pontificis pro tempore existentis, neque ad tertium gradum inclusive consanguineorum, Mathematicos, Ariolos, Aruspices, Vaticinatoresque nuncupatos, vel alios Astrologiam Judicariam exercentes, seu alios quomodolibet proficientes, de cetero consulerint, sive desuper eorum iudicia, prognostica, & prædictiones, seu præcognitiones etiam sibi oblatas receperint, illius quomodolibet usi fuerint, vel illas penes se scienter retinuerint, aut alicui ostenderint, nec non iisdem Mathematicis, Ariolis, Aruspicebus, Vaticinatoribus, sive aliis Astrologiam Judicariam, seu quomodolibet artem divinatoriam quomodolibet proficientibus, qui iudicia, prognostica, seu præcognitiones, & prædictiones super præmissis, etiamsi id non certo se affirmare protestentur, fecerint, sive se, vel ab aliis jam facta, & facta imposterum penes se similiter retinuerint, vel alicui dederint, seu ostenderint, aut de eis quovis modo etiam improbando scripto, vel verbis tractaverint, & nedium excommunicationis majoris latæ sententiæ, sed etiam uti læsæ majestatis reus, ultimi supplicii, ac confiscationis omnium bonorum suorum etiam Romanæ Curie officiorum, ac devolutionis quarumcumque civitatum, castrorum, & locorum Jurisdictionalium, & feudaliū §. 4. Clericis quoque, & Presbyteris, aliisque personis ecclesiasticis, tam secularibus quam cujusvis ordinis, congregationis, societatis, seu instituti, vel militarium